

tulit nomine testamenti taliter concordabant, quod idem .K. nomine suo et coheredum suorum quos causa presens hereditaria contingebat predicte domine abbatisse et per eam prefato monasterio suo dictam curiam moæ cum agris, pratis, molendinis, coloniis, siluis, piscariis, prope vel delonge sitis et ceteris pertinentibus ad eandem, dimisit perpetuo possidendam, et eadem domina abbatissa ipsi Kanuto quadraginta marchas denariorum visualis monete infra dominicam letare proximo venturam debet soluere vice uersa, Adiecto, quod si qua parcium predictarum presens pactum infregerit parti aduerse sexaginta marchas puri tenebitur emendare, Jn cuius testimonium sigilla nostra cum sigillo memorati kanuti presentibus sunt appensa, Datum biærgsætræ Anno domini Millesimo trescentesimo XVII die lune ante nativitatem beate marie virginis gloriose.

Sigillen N. 1—4 något skadade; 5 borta, remsan qvar.

2122.

1317 d. 9 Sept.

SIGMUND KELDORSSON och ULF ABJÖRNSSON förklara sig vilja fortfarande bibehålla deras förfäders stadga om tionden till Biskopen i Strengnäs. (Jfr. N. 2111, 2112, 2116, 2123).

* Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

Omnibus presentes litteras jnspecturis. SIGMUNDUS KIELDORSSON, et VLPHO ABIORNÆSON. salutem jn domino sempiternam. Tenore presencium, constare volumus omnibus euidenter, quod conuencionem dictam stafgha, jn decimis episcopalibus exhibendis, per progenitores nostros, apud venerabiles patres, dominos, ecclesie strengiænensis prelatos, statutam et constitutam ab antiquo, hanc ammodo sicut huc vsque, gratam et ratam habere volumus, firmiter et tenere. Jn huius rei testimonium, sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum. anno. domini. M^o: C^oC^oC^o. XVII^o. sexta feria infra octauam nativitatis virginis gloriose.

På frånsidan: De Conuencione facta de decimis episcopalibus.

Sigillen N. 1 skadadt, 2 fullständigt (båda adliga), på remsor, klippta ur brefvet.

2123.

1317 d. 9 Sept.

STEFAN RØRIKSSON förklrar sig villig att fortfarande betala samma tionde, efter förfädrens stadga. (Jfr. N. 2111, 2112, 2116, 2122).

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

Omnibus presens scriptum cernentibus STEPHANUS RØRIKXSON salutem in domino sempiternam, Tenore presencium constare volo vniuersis, quod pactum